talia vt semper in morte sint et ta
men nunq̄ deficiant. Et de isto vi
no sanctorum. et fece damnatorū
dicitur in psalmo Calix in manu
domini vini meri plenus mixto.
Et sequitur. Verumtamē fex ei9
non est exinanita ꝛc̈. Vtrumq3
.s. corpus et anima que sunt sub
iecta timoribus tunc replebūtur
medulla id est saturitate plena.
Sicut enim medulla ītra ossa ab
sconditur: sic sācti ab omni timo
re abscondētur. Ps. Abscondes
eos in abscondito faciei tue. a cō
turbatione hominū. Fructus au
tem qui ibi dantur figurantꝰ Nu
meri. xiij. in illis fructib9 quos de
terra ꝓmissionis exploratores d
tulerunt qui fuerunt ficus. vua et
malogranata. Per ficum intelli
gitur dulcedo que causatur ex cō
templatione diuinitatis. Sicut e
nim ceteri fructus videntur insipi
di respectu dulcedinis ficuū: sic re
spectu dulcedinis diuine omnis a
lia dulcedo videtꝰ amaritudo. Ber
nardus. Reuera illud est verum
et summum gaudium q8 non est
de creatura: sed de creatore ꝯceptū
quod cū possederis nemo tollet a
te. cui compata omnis alia iocun
ditas meror est. omnis suauitas
dolor. omne dulce amarū. omne
decoꝝ fetidum. omne postremo a
liud q8cunq3 delectari posset mo
lestum. Per vuā significatꝰ dulce
do que causatur ex visione hū a
nitatis. que quidē vua fuit de vi

te virginea nata. Eccle. xxiiij. Ego q̄
si vitis fructificaui suauitatē odo
ris. Fuit igne caritatis excocta.
Canticoꝝ v. Botrus cipri dilectus
meus michi in vineis Engadi. Ad
litteram ille vinee circa diis solari
bus exuri dicuntur. Fuit in torcu
lari crucis ꝯculcata. Ysaye. lxiij.
Quare rubꝝ est indumentum tu
um et vestimenta tua sicut ꝯculcā
tium in torculari. Per malogra
nata intelligitur leticia: que cau
satur ex sanctoꝝ societate. Can
x. Sicut granum mali punici: ita
gene tue. Sicut autem dicit glo.
Malum punicū exterius in corti
ce habet candorem. interius rubo
rem. habet etiā in granis interius
magnā ordinabilitatem. Sancti
ergo qui sunt gene dei ꝑ similitudi
nem erunt in corpore candidi et
lucidi ꝓpter magnā castitatem.
erunt in aīa rubicundi ꝓpter feruē
tem caritatē. erunt inter se valde
ordinati ꝓpter iocundam societa
tem. Secundo ōnditur liberalitas
inuitantis: ex eo q2 vocauit mul
tos. Vocat autem eos ꝑ quatuor
modos. s. ꝑ exteriora documēta. ꝑ
collata beneficia. per interna ꝯsili
a et ꝑ irrogata flagella. Sicut di
cit greg. vocat multos: sed pau
ci veniunt. q2 nōnunq̄ ipsi qui ei
ꝑ fidem subiecti sunt. eterno ei9
conuiuio male viuendo contradi
cunt. de quo conqueritur ipse do
minus dicens Prouer. pri. Voca
ui scilicet per legem et prophetas et


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG